



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 7. Observantia mandatorum Dei multa exigit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

## §. VII.

*Observantia mandatorum Dei multa exigit.*

**S**cripturas quibus contendendum nobis dicitur intrare per angustam portam, vi Dei regnum rapiendum &c. respondet Appendix consistere in observantia mandatorum Dei. Sic est: observantia mandatorum Dei arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam, per quam ut quisque incedat, contendendum est, & quo est infirmior, magis contendendum, ne ab ea deflectat, sollicitus debet cum Deo ambulare, pravæ concupiscentiæ suæ motus viriliter premere, adversus Diaboli circumeuntis insidias, mundi allicientis illecebras sobrius esse & vigil, etiam dexterum oculum aut manum si sibi scandalo sit, à se projicere, deniquè ab omnibus, quantum ut peccati recidivum vitet necesse est, sese continendo, orare ut non intret in tentationem. Hoc modo juxta Scripturæ regulas mandata servanda sunt, quibus quisquis animi mollitiæ aut ignaviâ insistere detrectat, ac juxta eas vitam moderari, nondum absolutè mandata proponit servare, ac per hoc nondum est debitè conversus.

§. VIII.